

to deputari ad Concilium, habent votum decisivum, si Concilio placuerit. Fagnan. in cit. cap. Et si membra, n. 53. & ita rescripsisse Summum Pontificem occasione celebrationis synodi Rothomagensis an. 1581. cum voto Sacr. Congr. Concil. refert ex Van-Espen, Petra loc. cit. num. 39.

19 Capitula cathedralium, etiam vivente Episcopo, vocanda sunt, & admittenda, aut eorum Nuntii ad Concilia provincialia, præsertim ad ea tractanda, quæ spectant ad ipsa capitula, textu expresso, in cap. Et si membra 10. de his, que sunt à Prælati sine consensu capituli, ibi: *Vizum fuit nobis, & fratribus nostris, ut capitula ipsa ad hujusmodi Concilia debeant invitari, & eorum Nuntii ad tractatum admitti maxime super illis, que ipsa capitula contingere dignoscuntur.* Barbosa de Canonis cap. 42. num. 21 Quasanta in Summ. Bullar. verb. Concilium provinciale, vers. Quarto quæro. Fagnan. in cit. cap. Et si membra, num. 40. Abbas ibid. numer. 4. Immo capitula cathedralium admitti debent ad Concilium provinciale etiam pro negotiis ipsa capitula non contingentibus, ut colligitur ex verb. illo Maxime adducto in cit. textu; talis enim dictio implicat idem esse in casu contrario; leg. 1. §. Vel maxime, ff. de collat. honor. leg. Scire etiam oportet, §. Sed etsi maxime, ff. de excusat. tutor. Et sic tenent in dict. cap. Ut si membra. Vincent. Hostiens. num. 2. in fin. Joann. Andreas num. 3. in verb. Maxime, Butr. num. 6. Cardin. num. 3. vers. Oppono, Ancharan. num. 5. Inola num. 4. & 5. dicens hanc partem esse veriorum; Abbas & Joann. de Anan. num. 4. ex quibus, ut refert Fagnan. ibid. n. 13. patet hanc esse communem opinionem; sic etiam capitula Collegiarum jurisdictionem quasi episcopalem habentia, adhuc vivente suo Prælati, vocanda sunt ad Concilia provincialia, ut decisum fuisse à Sacr. Congr. Concil. refert, & tenet ex Prosper. de August. Bard. de Canonis cap. 42. num. 22. & lib. 1. Jur. eccles. univers. cap. 31. n. 22. Fagnan. loc. cit. n. 3. Ipsa tamen capitula sive cathedralium, sive collegiarum exemptarum, quasi episcopalem jurisdictionem habentia, in Conciliis provincialibus, adhuc viventibus suis Episcopis, & respectively Prælati, non sunt Coniudices, nec habent votum decisivum, sed solum consultivum, in quantum scilicet sicut unusquisque Episcopus, seu consimilis Prælati cum consilio sui capituli expedire debet gravia, & non aliter, ut in cap. 1. de excessibus Prælator. ita omnes Episcopi, & consimiles Prælati provincie ibi existentes, cum consilio suorum capitulorum expedire debent ea, que in provinciali Concilio aguntur, arg. cap. Humiles, de majorib. & obediens. In Concilio enim provinciali omnia gerenda esse de consilio capitulorum provincie, dicitur expresse Hostiens. in c. Et si membra 10. de his, que sunt à Prælati. Et. num. 2. in verb. Nuntii. & Joann. Andreas ibid. num. 3. Præpositus in cap. Propter ecclesiasticos, dist. 18. n. 9. vers. Aliter. Innocent. in cap. Grave, de prebend. num. 8. Abbas in dict. cap. Et si membra num. 2. Fagnan. ibid. num. 40. & sequentibus. Sic etiam Abbates Commendatarii in Conciliis provincialibus habent dumtaxat votum consultivum, ut decisum fuisse à Sacra Congregatione Concilii refert Fagnan. loc. cit. num. 15.

25 Ad Concilia provincialia vocari, & intervenire debent, generaliter loquendo, omnes, qui de jure, vel consuetudine intervenire solent, textu expr. in Conc. Trid. dist. sess. 24. cap. 2. ibi: "Episcopi omnes, & alii qui de jure, vel consuetudine interesse debent, convenire omnino tenentur." Et sess. 25. c. 2. ibi: "Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & omnibus aliis, qui de jure, vel consuetudine in Concilio provinciali interesse debent." Sic etiam generaliter loquendo, ad Concilia provincialia accedere possunt pro justitia assequenda omnes, qui se gravatos existimant, textu expresso in cap. Propter ecclesiasticos 1. dist. 18. ibi: *In ipsis autem Conciliis & Presbyteros, & Diaconos presentes esse oportet, & omnes quotquot se lætos existimant.* Laici autem non permittuntur interesse Conciliis provincialibus, nisi ad justitiam petendam, vel defendendam; cap. Novit, de Judic. cap. 1. de sponsal.

In ecclesiasticis enim negotiis, & ubi tractatur de Clericorum correctionibus, non sunt vocandi laici, immo omnino sunt excludendi; arg. cap. Messana, de elec. Et Sacr. Congr. Concil. non approbat dictam vocationem, ut in Oriol. 27. Mart. 1632. Et nullum jus habere laicos petendi assistentiam in synodo denegando remissoria; resolvit in Lyeien. 10. Jan. & 10. April. 1688. Omnes, qui de jure, vel consuetudine interesse tenentur Conciliis provincialibus, si vocati non compareant, cessante legitimo impedimento, puniuntur; cap. Pervenit 6. & cap. Placuit 1. dist. 18. & textu expresso in Conc. Trid. dist. sess. 24. cap. 2. in fin. ibi: *Quod si in his tam Metropolitanis, quam Episcopis, & aliis suprascriptis negligentibus fuerint, penas sacris canonibus sancitas incurrant.* Poena autem contra ipsos non interestes sine legitimo impedimento, vel contra illicentes descendentes, est excommunicatio; & contumax vocatur ille, qui illicentia recedit. Decius in cap. 1. de Judicis n. 43. Quasanta 9. 11. & 18. & facit cap. Non oportet 5. cap. Pervenit 6. cap. Episcopus 9. cap. Placuit 10. cap. Si quis 12. cap. Si quis Episcopus 15. cap. Si quis Episc. 14. d. 18. Talis vero excommunicatio privat solummodo communione aliorum Episcoporum usque ad futurum Concilium, textu expresso in cit. cap. Si quis Episcopus. 14. dist. 18. ibi: *Si quis Episcopus communis à Metropolitanis ad synodum, nulla gravi necessitate intercedente corporali, venire contempserit, sicut statuta patrum sanxerunt, usque ad futurum Concilium conciliorum Episcoporum eharitatis communione privetur.* Poterunt tamen tales non interestes contumaces insuper à communione fidelium segregari, & aliis penis canonicis per Metropolitanum affici, sed prævia tria monitione; cum ad incurrandam veram excommunicationem, tribus vicibus debeat quis citari; cap. 1. de sentent. excomm. in 6. ubi intelligendam dictam primam poenam, cum non sit vera excommunicatio, & sit sola poena canonica, sufficit unica monitio. Cardin. Petra loc. cit. num. 111.

Concilia provincialia secundum antiquos canones debebant celebrari bis in anno per singulas provincias; cap. De Conciliis 2. cap. Hebeatur 3. cap. Propter ecclesiasticos 4. & cap. Provenit dist. 18. Semel quidem ante dies Quadragesimæ; secundo vero circa tempora Autumni, ut expresse in dict. Hebeatur. Vel semel post tertiam hebdomadam Paschæ; & secundo idibus Octobris, ut expresse in dict. cap. Propter ecclesiasticos. Postea tamen in sexta synodo universali talis antiqua constitutio fuit correctæ, ac propter fatigationem, & ut opportuna haberent ad iter agendum, qui congregandi erant, à sanctis Patribus definitum fuit, ut omnibus modis hoc Concilium fieret semel in anno, ut expresse in cap. Quoniam quidem 9. dist. 18. & hoc statutum sextæ synodi innovatur, & præcipitur observari in c. Sicut olim 25. de accusationibus, ibi: *Sicut olim à sanctis Patribus noscitur institutum, Metropolitanis singulis annis cum suis suffraganeis provincialia non omittant Concilia celebrare;* & cap. Cum sit 16. de Judicis, ibi: *Per provinciale Concilium, quod singulis annis præcipimus celebrari &c.* Verum quia neque hoc servabant Metropolitanis, idcirco in Conc. Lateran. V. sub Leone X. ann. 1537. sess. 10. const. incip. Regimini. circa fin. §. Matura quoque consideratione, tom. 4. Concil. p. 2. pag. 99. column. 1. antiqua Jura fuerunt correctæ, & statutum fuit, ut de cetero Concilia provincialia fierent singulis triennis: *Quod & fuit iterum expresse ordinatum in Conc. Trid. sess. 24. cap. 2. de reform. ibi: "Ut provincialia Concilia sicuti omissa sunt, pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, contrariis componendis, aliisque ex sacris Canonibus permissis renoventur. Quare Metropolitanis per seipso, seu illis legitime impeditis, Coepiscopus antiquior intra annum ad minus à fine præsentis Concilii, & deinde quolibet saltem triennio post Octavam Paschæ Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, seu alio commodiori tempore pro more provincie non prætermittant synodum in provincia sua cogere."* Ex quibus verbis habet, quod Metropolitanis possint quidem intra triennium etiam pluries synodum convocare, si id expediens judicetur, ut clare patet ex illa dictione saltem; sed ultra

tria triennium protrahere non debent, ut patet clare ex illis verbis non prætermittant.

36 Immo Metropolitanus omissis, & negligens celebrare Concilium provinciale intra triennium subjacet penis canonicis; ex cap. Quoniam quidem, dist. 18. & incurrit poenam suspensionis à sui executione officii, ut expresse statuitur in dict. cap. Sicut olim 25. de occupation. ibi: *Quisquis autem hoc salutare statutum neglexerit adimplere, à sui executionis officii suspendatur.* Quæ tamen poena suspensionis non est lata sententiæ, sed ferendæ secundum Hostiens in d. cap. Olim in fin. Joann. Andreas ibid. num. 7. & Fagnan. ibid. num. 107. Et sic intelligendum est decretum dist. Lateranens. Concil. sub Leone X. sess. 10. in const. incip. Regimini: ibi: *Circa hoc autem negligentes, penas in iisdem Canonibus contentas se novum incurvant.* Et ita pariter intelligendum venit decretum Concil. Trident. in dict. sess. 24. cap. 2. in fin. ibi: *Quod si in his tam Metropolitanis, quam Episcopis negligentibus fuerint, penas sacris canonibus sancitas incurrant.* Et ratio est, quia præcitata decreta relationem habent ad poenas à Jure statutas, ut intellexit Sacr. Congr. Concil. relat. à Fagnan. loc. cit. sub num. 109. ubi cum inter alia quæstia fuisset, ut infra, dubitatum: *Tertio, dato quod censetur imposita (scilicet poena suspensionis) an ipsa poena, que secundum dictum cap. Sicut olim, incurritur mediante sententiâ, hodie ipsa jure incurritur propter illa verba, dist. cap. 2. in fin. ibi: Penas à sacris canonibus sancitas incurrant?* Sacra Congregatio ad tertium censuit per Concilium Tridentinum non esse alteratum, nec immutatum modum incurrendi poenam, dist. cap. Sicut olim; quia Concilium utitur illis verbis, incurrant penas sancitas, que nihil innovant.

40 Locus autem eligendus pro congregando Concilio debet esse commodus, quantum fieri potest, omnibus, qui intervenire debent, ut non fatigentur propter discrimina itinerum; cap. Quoniam quidem 7. dist. 18. & ibi notat Præpositus num. 1. Henric. Botvæus de synod. Episcoporum part. 1. quest. 10. num. 56. & Fagnan. in cit. cap. Sicut olim num. 26. Electio talis loci pro Concilio provinciali celebrando spectat ad Archiepiscopum, qui tamen cessantibus justis impedimentis, metropolitanam ecclesiam, modo in ea adsint commoditates ad id necessariz, relinquere non debet. Sic censuit Sacr. Congr. Concil. ut refert Fagnan. in dict. cap. Sicut olim num. 27. Concilium provinciale postquam in loco indicto est congregatum, solet celebrari per spatium trium, vel quatuor dierum; Hostiens. in cap. Grave, de prebend. Nec potest ultra hebdomadam protrahi, nisi id exigentibus negotiis imminutibus; Genuens. in praxi cap. 69. num. 13. Cardin. Petra loc. cit. num. 113.

43 Quando in Concilio provinciali Metropolitanus est unius sententiæ, Suffraganeus autem omnes sunt alterius; quænam prævaleat, & num consulendus sit Summus Pontifex Variant Doctores; & varia etiam fuerunt vota Cardinalium Sac. Congr. Concil. in Ulyssipon. circa tale propositum dubium; die enim 10. Jan. 1577. (postquam die 11. Octobris 1576. censuerat amplius deliberandum super hoc dubio) ex novem qui erant congregati Cardinales, scilicet, Mor. Column. Gess. Lancel. Alciat. Se-

nonen. Mont. Alt. S. Sixtus, & Caraffa; quatuor, nempe Mor. Gess. Lancel. & Caraffa censuerunt sententiam Suffraganeorum præferendam esse sententiæ Metropolitanæ, quia illi habent votum decisivum, & sunt Coniudices: Alii autem quatuor scilicet, Column. Alciat. Senon. & Mont. Alt. (nam S. Sixtus quid sentiret non aperuit) dixerunt neutri sententiæ adhærendum, nec Suffraganeorum, nec Metropolitanæ, sed absolute inquamque causa adendum esse Papam. Quia autem Sanctissimus die 14. Januar. audita relatione Congregationis, inclinavit potius in opinionem illam, quod prævaleat sententiæ Suffraganeorum, & quia habent votum decisivum, & sunt Coniudices, & quia Doctores dicunt, quod debet Metropolitanus statuere de consilio, & assensu eorum, seu majoris partis, ut refert Fagnan. in dict. cap. Sicut olim 25. de accusationibus num. 24. & 104. tenendum est in tali casu prævalere sententiæ Suffraganeorum, ut colligitur ex cap. Ne Episcopi 7. de tempor. ordinat. ubi dicitur, quod Metropolitanus debet consentire majori parti suorum Suffraganeorum, ibi: *Quod si inter partes aliqua dubitatio fuerit, majori numero Metropolitanus consentiat.* Ita Hostiens. in cap. 1. de libell. oblat. ad fin. Jacobat. de Concil. lib. 6. art. 2. vers. Nemo facit Navarr. cons. 1. de his, que sunt à Prælati sine consensu capituli. Dotæus de synod. part. 3. num. 137. Genuens. in cit. prax. cap. 89. num. 4. Quarana loc. cit. quest. 29. Fagnan. loc. cit. num. 104. Petra loc. citat. numer. 71. & alii. Sententiâ tamen debet nihilominus pronuntiarî nomine Archiepiscopi de consilio, & consensu Suffraganeorum. Cardin. Hostiens. & Zabarell. in cap. Grave, de prebend. n. 5. Jacobat. de Concil. lib. 5. art. 8. fol. 288. cap. Sicut, de accusat. & cap. Sane, decr. 65. Si vero Archiepiscopus dissentiat pronuntiare sententiâ ab ipso non approbatam, tunc recurrendum est ad Summum Pontificem. Quarana loc. citat. quest. 30. Petra loc. cit. num. 73. & alii.

47 Concilium provinciale nequit dissolvi ab Archiepiscopo solo sine consilio, & assensu, seu voto Suffraganeorum. Ita decisum fuisse à Sacra Congregatione Concilii refert Fagnan. in dict. cap. Sicut olim, de accusat. num. 98. Completo, & dissoluto Concilio provinciali de communi consensu, tenentur Episcopi infra sex menses publicare in suis diocesis conciliaria statuta; textu expresso in cap. Decernimus 17. dist. 18. Non tamen debent publicari inconsulto Romano Pontifice, ut declaravit Sacra Congregatio Concil. in Januens. 14. Jul. 1573. his verbis: *Decreta, que in Conciliis provincialibus committuntur, non debent publicari inconsulto Romano Pontifice.* Debent enim Concilia provincialia prius recognosci, & approbari à Summo Pontifice, seu à Sacra Congregat. Concilii, ut est dispositum à Sixto V. in constit. incip. Immense, de irritis. Sacr. Congr. Concil. ibi: *Provincialium vero (Synodorum) ab eis terrarum ille celebrentur, decreta ad se missi præcipiet, eaque singula expendet, & recognoscet.* Et sic declaravit ipsa Sacra Congr. Concil. in Januens. de ann. 1573. & in Hostien. de ann. 1586. Et de facto sic servat praxis, quod Concilia provincialia à Sac. Congr. Concil. approbentur. Nec tamen per istam approbationem, que fieri solet à Sac. Congregat. Concilii, ipsa decreta conciliaria obli-

Ⓢ An dicta recognitio, vel approbatio debeat præcedere antequam publicentur Concilia, hic non inquiritur, etsi poterat affirmative insinuari (1); dumtaxat commonebitur, regium assensum ad eorum convocationem necessarium videri (2); sed quævis in hac peninsula etiam per consequens appareat, priusquam exequantur, in supremo Castellæ senatu præsentatum iri debent, ultramarinis ditionibus in earum supremo, quin præcise sint patefacienda.

(1) Remis. 12. tit. 4. lib. 2. Auct. En 27. de Mayo de 1721. se expidió real Cédula al Arzobispo de Toledo, Primado de las Españas, y á los demas Arzobispos y Obispos para la convocacion de los Concilios provinciales y diocesanos, empezando el de Toledo, para que á su exemplo lo hiciesen los demas, sin atender á disputas, ni costumbre contraria, aunque sea inmemorial, sino á lo dispuesto por los sagrados Cánones y el santo Concilio de Trento:

(2) Lex 6. tit. 8. lib. 1. Indiar. Encargamos á los Ferrar. Biblioth. Tot. II.

Arzobispos, que quando celebraren Concilios provinciales en sus Arzobispados, antes que se publiquen ni se impriman, los envien ante Nos á nuestro Consejo de Indias, para que en él vistos, se provea lo que convenga, y no se executen hasta que sean vistos y examinados en el. Y en quanto á los synodos diocesanos tenemos por bien de remitirlos, como por la presente los remitimos, á nuestros Virreyes, Presidente, y Oidores de las Audiencias reales, en cuyo distrito se celebraren, para que los vean:

obligant extra provinciam, ut decisum fuisse ab ipsa Sacra Congregatione Concilii refert Sellius in *Selectis canonicis*, cap. 25, & Barb. ad Trident. sess. 24. capit. 2. num. 2. Bene vero obligant omnes subditos provincia, & contra inobedientes juris remediis est procedendum, cum afficiant omnes de provincia; cap. Cum omnes, de constitut. & expresse Tridentinum dist. sess. 14. cap. 2. præcipit Episcopis, ut observent, & faciant observari talia conciliaria decreta, ibi: *Et quæ ibi ordinata fuerint, observent, & observari faciant.* Et Sacra Congregatio sub die 6. August. 1695. in una *Montis Morani executionis decretorum* mandavit exequenda esse decreta Concilii provincialis Beneventani in dicta diocesi; & Rota in *Cracovien. exemptionis* 16. Januar. 1689. §. Illud, coram Cardin. Caccia. Immo decreta conciliaria provincialia ligant etiam Episcopum successorem, licet sit elapsus decennium ab ultima synodo provinciali, ut fuit decisum in una *Marsicana*. Non tamen hæc decreta obligant ad culpam; sed ad poenam, nisi specialiter ad culpam obligare declaraverit ipsum Concilium. *Concil. Tolosan. XXI. cap. 2. Petra loc. cit. num. 120.*

56. Conciliorum, & synodorum celebratio Episcopis juxta Concilii Tridentini dispositionem efficaciter suadet; Benedic. XIV. tom. 1. constit. 28. incip. Quamvis, §. 5. & constit. 31. incip. Singularis, §. 2. Appellantes ad futurum Concilium generale damnantur, & excommunicantur; idem constit. 14. incip. Pastoralis, §. 2.

(Num. 33. adusque 65. precedentis art. 1. de necessitate regii assensus, Principumque sententiarum in Conciliorum convocacione, celebracione, atque executione tractatur: quamvis sufficiens ad hujusmodi assertionem sustinendam perfectio bullæ Indictionis sacri oecumenici, & generalis Concilii Tridentini sub D. Paulo III. Pontif. Max. ann. 1542. 22. *Masi, ac decreti de recipientis, & observandis decretis ejusd. sess. 25. videtur*: nihilominus quod absque principum, & superioritatem non recognoscendum annuentia extraneum erit à ratione, actiones similes intendere, per se patet, non solum eo quod hoc jus principibus omnibus (de religionem christianam profitentibus loquitur) naturaliter inest, verum etiam quia ex regia protectione, sine qua difficile consideratur, tres oriuntur effectus, non ad hoc, ut in decisionibus, & Concilii decretis se immisceant, sed, ut Auditor assertit, opulativæ, testificativæ, & receptivæ concurrente.

Omnes sciunt, in prædictis actibus, scilicet convocacionis, celebracionis, & confirmacionis, seu receptionis Conciliorum utramque supremam potestatem jus magnum habere: quid novum forte hujusmodi consensibus spiritualis, & temporalis potestas experitur; à nemine dubitatur, objectum primarium Conciliorum in dogmate, seu disciplina consistere: tamen in omnium christianarum provinciarum commotione, Prælatorumque congregacione, qui sunt denuntiandi, quot temporales consequentiæ notantur: hæc sola ratio, nec facile intendi, nec facile absque regia protectione prosequi, comprobatur.

Per quam difficile suadetur, omnia quæ necessario requiruntur usquequo finis eisdem Conciliis imponatur, in perfectionem venire absque principum concursu. Libertas patrum ad eadem confluentium, inquirendi, conveniens ecclesiæ deliberandi, sectarios, pacisque perturbatores compescendi respicit: omne obstaculum cum eorum annuentia, omnis injuria, omnis vis, omnis seditio à synodo impulsatur: pax, tranquillitas, ac dignitas Concilii honor, & splendor firmatur.

da, non dubitatur; non sic in synodis provincialibus, nam revisionis facultas Audiæntiæ regii committitur (3).

(3) *Lex 7. tit. 3. lib. 1. Ind.* Por quanto los Concilios provinciales, que conforme al decreto del santo Concilio de Trento se celebraron en la ciudad de los Reyes de la provincia del Peru el año pasado de mil quinientos ochenta y tres, y en la ciudad de México el de mil quinientos ochenta y cinco, en que se ordenaron diversos decretos, tocantes à la reformation del Clero, estado eclesiastico, doctrina de los Indios, y

Judicio patrum quæ reformatione indigent, proponere, à regia protectione inseparabile iudicatur: præventive præjudicia, quæ statui circa materias ad disciplinam concernentes (immutabilia sunt ad dogma, & doctrinam respicientia) inferri queunt: in eujus asserti confirmationem sufficiens æstimatur, reclamaciones in eodem Concilio factas in eis quæ mores, & regnorum consuetudines immutare poterant, ac juribus regis damnificæ, mente retinere, ex quo ortum dicit non omnia in eo contenta, ut infra patebit, omnibus ditionibus admissa.

Lucescit in decretorum executione eadem regia protectio: hinc inter hæc potestates miranda concordia, unio, & consonantia advertitur: per eandem seculi potestatem ecclesiastica munitur disciplina: si regia deficit acceptatio, quomodo, & per quem executio præcipienda? Si nulla præcedit intimatio, qua forma subditi adimplere mandata? Si juxta *reg. Sched.* in observantiam decretorum sacrosancti Concilii Tridentini 12. Jul. ann. 1564. D. D. Philippo II. rege expeditam demonstratur, * Summ. Pontificem D. Pio IV. ad eundem regem catholicum omnia decreta in eo determinata misisse: si per regiam nostram pragmaticam hodie *lex 37. tit. 3. lib. 1. Recop. Castell.* (Vide in fin. *column. 2. numer. 63. pag. 362. lit. E.*) nisi excepta omnia decreta, bullæ, brevía, & rescripta à Sede apostolica dimanantia, priusquam executionem mereantur, (alio in tempore si irrogantur præjudicium, ad eundem mittebantur) in supremo Castellæ Senatu sunt presentanda; per necesse assensus regius ad stare debet, & observantia demandari. (Vide *pagin. 140. column. 2. num. 53. lit. A.*)

Quod satis est, ut quid amplius in convocacione, celebracione, ac Conciliorum executione discrimen inter concursum Sacerdotalis, seu ecclesiasticæ, & regie potestatis innotescat, videtur indicari; qui vellet alia bene digesta recognoscere, regiam provisionem 6. Septembris anno 1770., in qua literaliter iudicium fuit insertum à meo illustri, doctissimoque Advocatorum Collegio super Theoremata Vallisoleana in Universitate typis demandata, iuribus, regio diademati, & nationi inhærentibus, contraria, diligenter perlegat; ibique quanti supremum Castellæ consilium, utpote in omnibus sibi commissis tantum Senatus intentiones adimplevit, dictum corpus matritense fecerit, edocebitur.

Si regia schedula, cujus supra est mentio facta, convolutionem cum alia 19. Novemb. anni 1771. §. 3. (Vide *verb. Mulctæ*) meretur: illico Lector, aliquam contradictionem in eisdem reperit, animadvertet: nam per primam absque limitatione aliqua omnia in prædicto Concilio stabilita exequi fuit iustum: per secundam vero in *dist. §. 3.* asseritur, dispositiones conciliares (de Tridentino affirmatur) legibus patriis præjudicium irrogare non valuisse, quia in nihilo auctoritatem regiam imminere poterat: quibus attente perpensis notatur, in prima fuisse aliquid reservatum, quod, licet in ea haud expressum, declaratum resedit.

Cum præ manibus non habeantur consideraciones, quæ dum in hispania de eodem Concilio publicando, prodierunt, eventus in ejus executione Belgicæ circa provincias nobis præbebit documentum, siquidem fuit præceptum, ad illius limitationem in hisce publicationem fieri.

Satis superque in præcitata schedula ann. 1564. demonstratur, D. D. Philippum II. Hispaniarum Regem, & Belgarum Principem (hoc est XXXII. eorum Comitum) tamquam verum ecclesiæ filium, Concilii determinationibus, summique ejusdem Præsulis intentioni obsequi volen-

administratione de los Sacramentos: Se vieron en nuestro Consejo de Indias, y por nuestra orden se llevaron à presentar ante su Santidad, para que los mandase ver y aprobar, y tuvo por bien de dar su aprobacion y confirmacion, y mandar que los decretos se executasen: Y pues se han hecho y ordenado con tanto acuerdo y exámen, y su Santidad manda que se cumplan y executen:

intem, illico procuravit omnibus suis dominiis decreta publicari, officiaris regis omnibus præcipiendo, ut si eis requisitis, seu intimatio fuerit facta, omni spre dilatione, auxilium seculare cum eodem objecto præstarent. Si non prius nec eodem tempore, parum post, ad Belgii Gubernatricem, scilicet, Margaritam Parmensem, D. D. Caroli V. (ni fallor) filiam, literas dirigi mandavit, ut Concilii in eisdem ditionibus fieret intimatio, & exacte observaretur: quamprimum eadem Gubernatrix ad Episcopum Cameracensem, alios Belgii Episcopos, provinciarum Gubernatores, Regia Consilia, Universitatem Lovaniensem, nec non ad principalium civitatum Magistratus rescripsit; nil aliud decernebatur quàm circa formam, & methodum publicationis, judicium, ac sententiam ferrent: existimantur Episcopi, prædictaque Academia, publicationem evestigio effici debere, & ad hoc Synodi provinciales erant congregandæ: Senatus, ac ceteri Magistratus seculares, decretis hisce recognitis, effecerunt adnotaciones in eis, quæ iuribus regis, vassallorum, atque legitimis consuetudinibus opponi viderentur, quapropter fuit eorum sententia, non debere, nec publicari, nec admitti, nisi modificationes præventæ in publicum redigerentur. Regiam voluntatem præsens Gubernatrix enixe adimplere desiderans, iterum cum eorundem Senatum, civilliumque Magistratum resolutione representavit: responsio vero regia, utpote volebat in edicto Concilii publicando nullam exceptionem, nec limitationem exhiberi, sed esse futuram simplicem, & generalem ejus publicationem, in idem objectum tetendit: ideo imperavit, sine ulla restrictione publicaretur, sicut in hispania, etiamsi eadem erant orta difficultates, quia non obstantibus exhibitæ ad capitula de reformatione adnotacionibus, fuit absque ulla limitatione propositum, & publicatum.

Quamquam versus reservationes in dicta publicatione Antonius Anselmo, Jurisconsultus Antuerpiensis in *Tribuniano Belgico* cap. 32. recte se gesserit, atque expresserit sessionum ordine quid ad singula capita per regia Consilia esset annotatum, in suo edicto Gubernatrix, injunctis explicite, regiam esse voluntatem ob similem indefinitam publicationem circa *regalia jura, privilegia sui majestatis, suorum vassallorum, statusum, aut subditorum, & prescribit circa jurisdictionem laicalem, jus patronatus laicis indulgum, seu nominationum jus, cognitionem causarum, materia possessorie beneficiorum, decimarum possessorum, aut pretensarum per laicos, superintendentium, & hospitalium administrationem aliorumque piorum locorum, quidquam immutari, sive innovari: cum clausula quod sic fiebat, Non ad contraveniendum dicto Concilio, sed ut executio accomodetur nature cujusque provincie. Ne intelligatur, arbitrari meo esse hic inserta precedentia, Vid. Van-Espen *jur. eccless. univ. tom. 1. in proemio §. 6. de receptione Concilii Tridentini, & tom. 3. pari. 9. de jure hodierno præcipue Belgico §. 3. p. 172. edit. matritens.**

Mihi dubium non occurrat, quin Lectori forte sumopere placeret, si singula, quæ in comprobationem exceptorum adduci poterant, hac adnotatione comprehenderem, præmaxime quando advertitur, omnia dictam exceptionem amplectentia legibus patriis comprobari; non est demirandum, si hic sistatur calamus, eo quod celatur nemini, breve temporis spatium ad ejus implementum non sufficere, & satis esse, tempus in hac, & ceteris *add. novis. hisp. inversum*, ac inventendum ab obligatione ad vivendum prescripta detrahisse, & detrahere: contentus evadat Lector, perfectionem eorum iterando, quæ sunt animadversa *verb. Abbas, Absolutio, Administrator, Alternativa, Archiepiscopus, Bannitus, Beneficium, Bona, Cancellaria, Causæ, Concursus, Confraternitas, vers.* Ad confraternitatem: *vers.* Circa facultates: *ac vers.* Cum in articulo: *verb.* Conventus, *verb.* Eleemosyna, Declinæ, Forum, Furnus, Immunitas ecclesiastica, Judex. *vers.* Quicumque: *verb.* Jus patronatus, Laicus, *vers.* Varia: *verb.* Magister, *vers.* Quanta sit: *verb.* Mulctæ, Notarius, Patrimonium, Præventio jurisdictionis, *vers.* Hæc quatuor:

verb. Regulares, Spolium, Successio ab intestato, Testamentum, Visitare, atque Vicarius foraneus, in *addition. hisp.*

REAL CEDULA DE 12. DE JULIO.

* *Reg. Sched. 12. Julii an. 1564.* Don Felipe &c. Sabed, que cierta y notoria es la obligacion que los Reyes y Principes Christianos tienen à obedecer, guardar y cumplir, y que en sus reynos, estados y señorijos, se obedezcan, guarden y cumplan los decretos y mandamientos de la Santa Madre Iglesia, y asistir y ayudar y favorecer al efecto y execucion, y à la conservacion de ellos, como hijos obedientes, y protectores y defensores de ella, y la que asimismo por la misma causa tienen al cumplimiento y execucion de los Concilios universales, que legitima y canonicamente con la autoridad de la Santa Sede Apostolica de Roma han sido convocados y celebrados. La autoridad de los quales Concilios universales fue siempre en la Iglesia de Dios de tanta y tan gran veneracion, por estar, y representarse en ellos la Iglesia Católica y universal, y asistir à su direccion y progreso el Espiritu Santo. Uno de los quales Concilios ha sido y es, el que últimamente se ha celebrado en Trento, el qual primeramente à instancia del Emperador y Rey mi Señor, despues de muchas y grandes dificultades, fue indicto y convocado por la felice memoria de Paulo III. Pontifice Romano, para la extirpacion de las heregias y errores que en estos tiempos en la christiandad tanto se han extendido, y para la reformation de los abusos, excessos y desórdenes de que tanta necesidad habia. El qual Concilio fue en vida de dicho Pontifice Paulo III. comenzado. Y despues con la autoridad de buena memoria de Julio III. se prosiguió, y últimamente con la autoridad y bulas de nuestro muy Santo Padre Pio IV. se ha continuado y proseguido hasta se concluir y acabar, en el qual intervinieron y concurreron de toda la christiandad, y especialmente de estos nuestros reynos, tantos y tan notables Prelados, y otras muchas personas de gran doctrina, religion y exemplo. Asistiendo asimismo los Embaxadores del Emperador, nuestro Tio y nuestros, y de los otros Reyes y Principes, Repúblicas y Potentados de la christiandad, y en él, con la gracia de Dios y asistencia del Espiritu Santo, se hicieron en lo de la Fè y Religion tan santos y tan católicos decretos: y asimismo se hicieron y ordenaron en lo de la reformation muchas cosas muy santas y muy justas, y muy convenientes y importantes al servicio de Dios nuestro Señor, y bien de su Iglesia, y al gobierno y policia eclesiastica. Y ahora habiendonos su Santidad enviado los decretos del dicho Santo Concilio, impresos en forma auténtica: Nos como católico Rey, y obediente y verdadero hijo de la Iglesia, queriendo satisfacer y corresponder à la obligacion en que somos, y siguiendo el exemplo de los Reyes nuestros antepasados, de gloriosa memoria, habemos aceptado y recibido, y aceptamos y recibimos el dicho Sacrosanto Concilio, y queremos que en estos nuestros reynos sea guardado, cumplido y executado, y daremos y prestaremos para la dicha execucion y cumplimiento, y para la conservacion y defensa de lo en él ordenado, nuestra ayuda y favor; interponiendo à ello nuestra autoridad y brazo real, quanto sea necesario y conveniente. Y asi encargamos y mandamos à los Arzobispos, Obispos y à otros Prelados, y à los Generales, Provinciales, Piores, Guardianes de las Ordenes, y à todos los demas à quien esto toca è incumba, que hagan luego publicar y publiquen en sus Iglesias, distritos y diocesis, y en las otras partes y lugares do conviere el dicho Santo Concilio, y lo guarden y cumplan con el cuidado, zelo y diligencia, que negocio tan de servicio de Dios, y bien de su Iglesia requiere. Y mandamos à los de nuestro Consejo, Presidentes de las nuestras Audiencias, y à los Gobernadores, Corregidores, è à otras qualesquier Justicias, que den y presten el favor y ayuda que para la execucion y cumplimiento to

to del dicho Concilio, y de lo ordenado en el será necesario, y Nos tendremos particular cuenta y cuidado de saber y entender como lo susodicho se guarde, cumple y executa, para que en negocio que tanto importa al servicio de Dios y bien de su Iglesia, no haya descuido ni negligencia. Dada en la Villa de Madrid &c.)

CONCILIIUM EPISCOPALE, Diœcesanum, seu Synodale.

Vide verb. Synodus.

CONCIONATOR.

Vide verb. Prædicator per tot.

CONCORDATA QUOAD BENEFICIA.

Vide verb. Beneficia art. 11. per tot.

CONCUBINARIUS, CONCUBINATUS.

Vide verb. Absolutio, art. 2. à num. 11. verb. Luxuria num. 7. & verb. Poena art. 2. à num. 74. ad 81.

CONCURSUS.

SUMMARIUM.

- 1. Concursus, ut legitime, & canonice fiat, servanda est dispositio sacrorum canonum, & apostolicarum constitutionum, & decretorum, & signanter dispositio Concilii Tridentini, Sancti Pii V. & Clementis XI.
2. Affertur dispositio Concilii Tridentini.
3. Affertur dispositio Sancti Pii V.
4. Datur dispositio Clementis XI.
5. Affertur compendiose noviss. dispos. Bened. XIV.

Quia concursus ad parochiales debet omnino fieri juxta dispositionem Sacri Concilii Tridentini sess. 24. c. 18. & juxta dispositionem constitutionis Sancti Pii V. incipiens. In conferendis: ut ab omnibus in promptu, & præ oculis semper tamquam regula habeatur, utraque ipsa dispositio hic ad litteram in primis adducitur.

Expedi maxime (sunt præcisa verba Concilii loc. cit.) Expedi maxime animarum saluti à dignis, atque idoneis parochis gubernari: id ut diligentius, ac rectius perficiatur, statuit Sancta Synodus, ut parochiales ecclesie vacatio, etiamsi cura ecclesie, vel Episcopo incumbere dicatur, & per unum, vel plures ad ministraretur, etiam in ecclesiis patrimonialibus, seu receptivis nuncupatis, in quibus consuevit Episcopus uni, vel pluribus curam animarum dare, quos omnes ad infrascriptum examen teneri mandat, per obitum, vel resignationem, etiam in curia, seu aliter quomodocumque contingit, etiamsi ipsa parochialis ecclesia reservata, vel affecta fuerit generaliter, vel specialiter, etiam vigore indulti, seu privilegii in favorem Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalium, seu Abbatum, vel Capitulorum: debeat Episcopus statim habita notitia vacationis ecclesie, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium cum congrua, ejus arbitrio, fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius ecclesie sustineat, donec ei de Rectore provideatur: Porro Episcopus, & qui Jus patronatus habet, intra de-

cem dies, vel aliud tempus ab Episcopo præscribendum, idoneos aliquot Clericos ad regendam ecclesiam coram deputandis examinadoribus nominet: liberum sit tamen etiam aliis, qui aliquos ad id aptos noverint, eorum nomina deferre, ut possit postea de cujuslibet ætate, moribus, & sufficientia fieri diligens inquisitio; & si Episcopo, aut synodo provinciali pro regionis more videbitur magis expedire, per edictum etiam publicum vocentur, qui volent examinari: transacto constituto tempore omnes, qui descripti fuerint, examinentur ab Episcopo, sive eo impedito, ab ejus Vicario generali, atque ab aliis examinadoribus, non paucioribus, quam tribus, quorum votis, si pares, aut singulares fuerint, accedere possit Episcopus, vel Vicarius, quibus magis videbitur; examinadores autem singulis annis in diœcesana synodo ab Episcopo, vel ejus Vicario ad minus sex proponantur, qui synodo satisfaciant, & ab ea probentur; advenienteque vacatione &c. Reliqua breviter gratia vid. in d. cap. 18.

In conferendis (sunt præcisa verba dictæ constitutionis S. Pii V.) in conferendis beneficiis ecclesiasticis, & præsertim parochialibus ecclesiis personis dignis, & habilibus, quæ in loco residere, & per se ipsos curam exercere valeant, quantum diligentiam adhiberi oporteat, Alexand. III. in Lateranensi, & Gregorii X. in Lugdunensi Generalibus Conciliis, Innocent. similiter III. & aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum editæ constitutiones testantur; quod ut diligentius, ac rectius perficiatur, statuit etiam Synodus Tridentina, ut occurrente vacatione parochialis ecclesie, etiam generaliter, & specialiter, etiam vigore indulti in favorem Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalium, aut aliis quomodolibet reservatæ, vel affectæ, debeat Episcopus habita notitia vacationis ecclesie, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium cum congrua, fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius ecclesie sustineat, donec ei de Rectore provideatur: & deinde Episcopus, & qui Jus patronatus habet, intra decem dies, aut aliud tempus ab Episcopo præscribendum, aliquos Clericos ad regendam ecclesiam idoneos, examinadores juxta formam ejusdem synodi deputatis, nominet, & nonnisi eosdem examinadores per concursum aliorum examinadorum, etiam tamquam magis idoneos ab Episcopo judicatio, & electio de ecclesia provideatur, aliis provisiones, seu institutiones omnes præter formam prædictam factæ, subreptitæ censentur. Sed quoniam res humana semper in deterius prolabantur, nisi sit, qui eas retineat, ac debitæ executioni demandet, & verendum sit, ne propter constitutionum hujusmodi transgressionem maximi abusus oriantur; Nos ad quorum notitiam non sine gravi molestia pervenit, nonnullos ex venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, & Episcopis, occurrente vacatione paroch. ecclesiarum, eas nullo, aut minus rite servato examine, præsertim illo, quod per concursum fieri debet ex Conc. Trident. vel etiam examine rite servato, personis minus dignis, carnalitatibus, aut aliæ humane passionis affectum, non rationis judicium sequentes, contulisse, & de eis providisse; volentes quantum cum Deo possumus, hujusmodi, atque etiam futuris periculis occurrere, eorundem prædecessorum nostrorum constitutiones prælatas etiam innovando, auctoritate apostolica tenore presentium omnino, & singulas collationes, provisiones, institutiones parochialium ecclesiarum ab eisdem Episcopis, & Archiepiscopis, ac quibusvis aliis collatoribus, tam Ordinariis, quam Delegatis, etiam S. R. E. Cardinalibus, ac Sedis Apostolicæ Legatis, vel Nuntiis, præter, & contra formam ab eodem Concilio Tridentino præsertim in examine per concursum faciendæ præscriptam, factas, aut in futurum faciendas, nullas, irritas, ac nullius roboris, vel momenti fore, & esse, nullumque provisum jus, aut titulum, etiam coloratum possidendi præbere, & parochiales ecclesias hujusmodi, quæ vacabant, ex tunc vacare statuimus, decernimus, & declaramus, easque omnes eorum, quibus jus conferendi eas, præterquam Episcopis, & Archiepiscopis, qui

qui curam dicti examinis juxta decretum ejusdem Concilii habere debent, competet, dispositioni reservamus; insuper ne parochiales ecclesie diu in suspensio maneat, in maximum animarum periculum, quarumcumque parochialium ecclesiarum, quarum, dum pro tempore vacant, ad Episcopos, & Archiepiscopos, Primates, & Patriarchas, & quosvis alios Ordinarios Collatores in mensibus Ordinariis collatoribus, etiam per nostras regulas assignatis, provisio, & collatio spectat, & pertinet, de quibus eisdem Episcopi, & Ordinarii intra sex mensium spatium à die vacationis earundem per se examine juxta formam Concilii Tridentini prælatam non providerint, ad illarum etiam, quarum collationes Nobis, & dictæ Sedi generaliter, vel specialiter ex quavis causa reservatæ, seu affectæ existunt, aut aliis, & indulto Sedis Apostolicæ competunt, ad quas occurrente illarum vacatione Episcopi, & Archiepiscopi præfati personas, pro examine concursu mutuo habito, juxta dicti Concilii Trident. formam approbatas, & magis idoneas non elegerint, aut electas Nobis vel Successoribus nostris, aut iis; ad quos collatio spectabit pro collatione obtinenda intra quatuor mensium spatium à die illius vacationis non significaverint, nec non parochialium ecclesiarum similium, quæ Jurispatronatus ecclesiastici, vel laicorum, vel clericorum, & laicorum similium fuerint, si presentibus intra tempus eisdem patronis à jure præfixum, prævio examine juxta formam dicti Concilii approbatus petatur institui, institutioneque ipsa per duos menses à die presentationis dilata fuerit, collationem, provisionem, institutionem, ac omnimodam dispositionem Nobis, & ipsi Sedi ac personis indulta hujusmodi conferendi provideant, ac instituendi obtinentibus respective reservamus, data tamen in parochialibus juris patronatus optioe ipsius patroni, nisi si institutio ad Ordinarios spectabit, ipsis Ordinariis illam facere negligentiibus, & ultra dictos duos menses differentibus, possint pro hujusmodi institutione obtinenda habere recursum ad Metropolitanum, vel viciniorum Ordinarium, aut ad Sedem Apostolicam: prohibentes etiam eisdem Ordinariis, ne tempus decem dierum eisdem Ordinariis, & Patronis, ab eodem Concilio Tridentino ad nominandum idoneos Clericos coram deputatis examinadoribus præfixum, ultra alios duodecim dies prorogare audeant, vel presument. Distinctius inhibentes, ne quis præter Roman. Pontific. aut alios indulta hujusmodi obtinentes, ut præfertur, quacumque sit super hoc auctoritate munitus, de hujusmodi beneficiis sic reservatis, ut præfertur, disponere, vel circa illa, etiam per viam permutationis, vel aliis innovare quoquo modo presumat. Ut autem non solum dignis, sed magis idoneis reperitis juxta ejusdem Concilii decretum parochiales ecclesie conferantur, volumus & eadem auctoritate declaramus, quod si Episcopus minus habilem, posthabitis magis idoneis, elegerit, possint ii, qui rejecti fuerint, à mala electione hujusmodi ad Metropolitanum, vel si ipse eligens Metropolitanus, aut exemptus fuerit, ad viciniorum Ordinarium sui nostrum, & Sedis hujusmodi delegatum, aut alias ad ipsam Sedem Apostolicam appellare, ac præelectum ad novum examen coram ipso appellationis iudice, & neque examinadoribus provocare, & constito de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoque revocato, parochialis magis idoneo per eundem iudicem appellationis debite demandetur executioni, & provisus ab eadem ecclesia causa appellationis hujusmodi pendente non amoveatur. Et si quis à sententia per iudicem appellationis lata duxerit appellandum, is tunc ad Sedem ipsam Apostolicam appellabit; si secus in præmissis omnibus, & singulis actum, & attentatum fuerit, irritum decernimus, & inane. Volumus autem, quod presentium

transumptis manu alicujus Notarii &c." Datum Romæ anno ab Incarnat. Domini. 1566. 15. Kal. April.

Epistola encyclica methodum, ac normam præscribens observandam ab omnibus Episcopis, aliisque Prælati facultatem habentibus indicendi concursum ad parochiales ecclesias in examine, sive concursu ad easdem ecclesias, quoties earum vacatio contigerit, instituendo.

Reverendissime Domine uti Frater. Quo parochiales ecclesie dignioribus personis gubernandæ tradentur, statuit, ut notum est, Sacrosancta Tridentina Synodus sess. 24. c. 18. ut vacante ecclesia parochiali, indiceretur, & fieret concursus, ac postquam concurrerent ab Episcopo, vel ejus Vicario Generali, atque ab examinadoribus synodalibus saltem tribus examinati, & approbati essent, Episcopus eum eligeret, quem ætate, moribus, doctrina, prudentia, aliisque rebus ad vacantem ecclesiam gubernandam necessariis, & opportunis, digniore ceteris, magisque idoneum judicaret; adjectique ad hanc Concilii sanctionem validius confirmandam, re, & nomine Sanctissimus Pontifex Pius V. quod si unquam Episcopus minus habilem, postpositis magis idoneis, elegerit, possint ii, qui rejecti essent, à mala ejusmodi electione ad Metropolitanum, vel si ipse eligens Metropolitanus, aut exemptus foret, ad viciniorum Ordinarium, ut Sedis Apostolicæ delegatum appellare, ac præelectum ad novum examen coram ipso appellationis iudice, & ejus examinadoribus provocare, ea tamen cautione, ut appellatio non in suspensivo, sed in devolutivo esse deberet; quemadmodum in ejus constitutione, quæ trigesima tertia est, latius cavetur; consulendo, quod constito de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoque revocato, parochialis ecclesia magis idoneo conferatur.

Cum autem neque Concilii decreto, neque Pontificis bulla examinis in concursu peragendi forma, seu methodus ulla certa, ac peculiaris servanda proponatur; difficile dictum est, quanta examinum aliorum alibi diversitas extiterit; atque hinc occasio querelarum; nam alicubi cum non eadem omnibus questionibus, non eisdem casus propositi fuissent; erant identidem, qui vel in iudicio, vel extra conquerebantur; sibi quidem propositis difficiliore, præelecto autem faciliore ad solvendum questionibus obligasse; alibi vero eadem quidem omnibus questionibus propositæ fuerunt, sed neque hæc, neque datæ à concurrentibus responsiones scripto, seu litteris consignabatur. Cumque postmodum nec raro contingeret, ut è postpositis quispiam jure bullæ supra dictæ novum ad examen coram iudice appellationis, & ejusque examinadoribus electum provocaret, Sac. Congreg. usque ab anno 1603. considerans gravamen non valia ratione quam novo examine probari posse; provisionem ad novum examen censuit admittendam gravamine necdum probato, & requisitis tantummodo probationibus in subsequenti iudicio, in quo probato per novum examen appellationis gravamine quoad doctrinam, probanda superest ejusdem præ jam electo in reliquis ad regendam ecclesiam requisitis præstantia, ut de majori alterutrius ad parochiales ecclesie gubernium idoneitate sententia fieri possit, cum non continuo, si quis est doctior, is etiam aptior, seu magis idoneus ad id regimen habeatur, vel etiam habendus sit. Quam Sacræ Congregationis sententiam scriptores, & tribunaalia laudarunt. Aliis demum in diœcesibus laudabilis invaluit consuetudo, ut eadem omnibus questionibus, eisdemque casus proponantur; ac (ne qua detur ansa Cancellario quidquam suo Marte addendi, minuendi, mutandi) ut ipsimet concurrentes quæ interrogati fuerint, quæque responderint, sua manu perscribant; atque Ordinarii, qui morem hunc longe optimum in examinando tenere, Sacræ deinde Congregationi etiam natque etiam considerandam reliquerunt, his, qui sic examinati essent, atque postpositi, imposterum ut solent, appellantis, indulgenda nec ne statim electi novum ad examen provocatio, nulla gravaminis prærequisita probatione videretur, cum isti ex actis primi examinis gravamen doctrinæ facile aliquoquin probare possent; quod alii aliter nimirum examinati probare, nisi